



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **F. Ioannis Andreae Coppensteinii, Ordinis Prædicatorum Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ Calvino-Catecheticæ**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Moguntiaë, 1626**

Ad Qvæst. IX. An Deus homini iniuriam facit, qui quasi ab eo in Lege  
flagitet, quæ præstare non queat?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35247**

## III. De Odio proximi.

MINISTER, ad odium proximi naturam nos propensos esse manifestum putat ex 1. Cor. 3. *Cum in vobis sit liuor, &c. nonne Carnales estis?* Id Ephel 4. Col. 3. dicitur. *Vetus bon. o. animalu homo, sapientia animalis, &c.* Ergo falsa est doctrina Parochiana, quod homo natura propensus est ad amorem Dei & proximi.

RESPONDEO. Sequi nego: Vetus homo est carnalis, animalis; quia in eo est liuor, &c. Ergo ex natura est propensus ad odium proximi. Nam antecedens est vitiatæ naturæ non ipsiusmet naturæ simpliciter: at vitia in actu sunt voluntatis cuiusque liberæ; non necessitatis naturalis: vt notauit ad Catechismi autoritates litera b, c.

Manet igitur, Naturam in essentia esse bonam: in peccato originali vitiatam licet, non necessitatam tamen; ad Malum; Quin, minus propensam ad odium Dei & proximi; quã ad amorem vtriusque: Quia, hoc est naturæ essentialis; illud est vitij accidentale. Vide Notulam meam in Excaluinizatione hic: *Quam tu dissimulans præteristi. An quodd contra naturam philosophari horruisti? At, quodd contra Conscientiam ac Scientiam; nil expauiisti.*

## AD QVÆST. VIII.

*An adeo corrupti sumus, vt ad bene agendum prorsus non simus idonei, & ad omne vitium procliuēs?*

CALVINVS Instit. l. 1. c. 5. § 7. & c. 7. §. 4. 5. affirmat: *Scriptura testatur nos prorsus ineptos, nedum impares obseruanda legi esse.*

MINISTER cum Catecheli affirmat idem de irrogenitis: Suadetq; scripturis catecheticis. 1. Culpat ideo Parochum, quod pro *Certe* substituit *Minimè*. 2. Quod ad Scripturæ testimonia responderit in Catecheli; *Hac de sola nudaq. natura dicuntur; non de coniuncta gratia?* Cum neque Catechistæ mens sit alia; proinde addentis, *Nisi per Spiritum sanctum regeneremur*. 3. Hoc quia Parochus præ somno forte, vel erapula non potuit animaduertere, non contra nos, sed contra seipsum pro nobis disputat; futiliterque pro *Nisi per Spiritum*, &c. poluit præsertim si per Spiritum; &c. Quare approbat, quod carpit.

RESPONDEO Miser Apologista: miserior causa, talem nacta Patronum; qui ingenio

nullo; dolo multo, causæ patrocinium ab aduersario affectatè quærit & captiosè, ac falso. Doceo sic & simul

DICO AD I. Fateor, & asserui, Catechelin cum allegatis Scripturis agere de irrogenitis: Ergo, infert Minister, probas, quod carpis. At nego, per meum *Minimè*, irrogenitos adeo corruptos, quin possint solis naturæ viribus aliquid *Morale Verum* cognoscere, & *Morale bonum* operari: ideoque reprobabilud catecheticum *Certe*. Ergo reprobabilud carpo; & me carpit Minister falsò. Istud verò meum *Minimè*, demonstratum vide in meo *Luthero-Caluinista par. 4. q. 24. In Antichristo par. 4. q. 21. 24. In Genealogia par. 4. q. 12. 13.*

AD II. Meam & Catechistos mentem esse eandem, falsum est. Ecce asserta mea: 1. Irrogeniti cum corrupta natura sunt idonei ad *Morale bonum* operandum solis naturæ viribus. 2. Scriptura Catechetica loquitur de corruptæ naturæ impotentia ad operandum bonum supernaturale iustificans, ac meritorium. Vtrumq; negant Catechismus, Minister, Calvinista; & fingunt sibi omnimodam naturæ corruptæ *adversariu* & ad omne bonum. Ad hanc Luthero-Caluinianam tenebram quæ Lucis Romano-Catholicæ conuentio?

AD III. (Tua recipe verba:) *Hoc quia Pseudo-parochus præ somno forte, seu erapula, aut malitia excæcata, vel igno antia, non potuit anima luerere; non contra nos, sed contra semetipsum disputat: futiliterq; meum Præsertim sper, &c. reprobabat.*

## AD QVÆST. IX.

*An DEVS homini iniuriam facit, qui quasi ab eo in Lege flagitet, quæ præstare non queat?*

I. *An DEVS homini præcipiat impossibilia?*

CALVINVS Instit. l. 2. c. 7. §. 3. 4. 5. *Impossibile legi obseruationem diximus. §. 4. Itaque si legem intuemur, nihil aliud possumus, quam desperare. Idem: Impossibile appello, quod nec fuit unquam; & ne in posterum sit, Dei ordinatione & decreto impeditur.*

MIR-

MINISTER cum Catechesi præcipi impossibilia affirmat: propter TOTALEM corruptionem naturæ: Neque tamen iccirco Deum ullam homini facere iniuriam flagitando legis observationem, tum irrogenitis, tum & Regenitis impossibilem.

Suadet, impossibile præcipi: Quia, DEVS exigit veram Pœnitentiam & Fidem: at neutra est in potestate & viribus naturæ neutris seu irrogenitis, seu regenitis. Ergo

1. De Pœnitentia sic docet: Si, 2. Corinth. 3. Non sumus sufficientes ex nobis ad cogitandum, velut ex nobis; sed sufficientia nostra ex DEO est: Si, Phil. 2. DEVS operatur in nobis, velle & perficere: Si, 2. Tim. 2. resistentibus veritati, quandoque dat DEVS pœnitentiam, ut resipiscant: Itemq; Act. 11. & gentibus: Si, Ezech. 36. DEVS dat cor novum, & spiritum novum, & auferet cor lapideum: Jerem. 31. Postquam enim convertisti me, ego pœnitentiam: Ergo pœnitentia salutatis non est in potestate hominis, et q; possibilis.

2. De Fide sic docet: Si, Ioan. 6. Nemo potest venire ad me id est, credere, nisi Pater meus traxerit eum; nisi fuerit ei datum à Patre: Si, Ephel. 2. Gratia estis saluati per fidem; & hoc non ex vobis: DEI enim donum est: Philip. 2. Vobis donatum est, ut credatis: Ergo fides non est in potestate hominis, & tamen est in præcepto; atq; impossibilis homini.

RESPONDEO. Ante lapsum fuit homini possibile, ex gratia originali, legem Dei perfectè implere: Post lapsum irrogenitis legem naturæ ex viribus naturæ implere possibile est: Regenitis verò per Baptismum, etiam Legem Dei. Idcirco nullam Deus homini facit iniuriam flagitando legis observationem etiam perfectam pro humana fragilitate.

Benè igitur Maldonatus in Matth. 22. 37. Impietatis summa est dicere, Impossibilia nobis DEVM præcepisse. Quia, ait S. Augustinus lib. de grat. & libero arbitrio, c. 16. Ideo iubet qua non possumus, ut nouerimus, quid ab illo petere debeamus. P. Sandæus: Iubendo monet & facere, quod possis; & petere, quod non possis. Illud S. August. ni citat Minister ac dilaudat, ut scitè eleganterque dictum: hoc Sandæi proclamata: *Contradictio manifesta est! Si DEVS non iubet impossibilia, quomodo iubendo monet petere, quod non possis?* R. D. Minister, cur hoc nõ item quæritis ex S. Augustino? Cur hũc non perinde sibi contradicere clamatis, atque Sandæum? Certe quia R. V. D. Vobis contradicitis idem Augustini laudando, & Sandæi vi-

tuperando; & profatis ex eodem ore calidum & frigidum.

Dicite: Ipsum Petere, estne impossibile? At Marc. 9. *Omnia possibilia sunt Credenti.* Rem humanitus impossibilem petere, estne homini cum DEO impossibile? At Philip. 4. *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Rem eandem dare, estne possibile DEO? At Matth. 19. *Apud DEVM omnia sunt possibilia.* Sic datam igitur & facere, esse possibile debet homini ex DEO. Atque sic quæ DEVS homini iubet humanitus impossibilia; diuinitus ei sunt possibilia.

DICO AD I. & II. Pœnitentiam ais & Fidem solus dat, aufertq; DEVS, ac præcipit; neque sunt in manu hominis: Ergo sunt homini impossibilia præcepta: Nego consequentiam. Quia in hac capis hominem lapsum in puris naturalibus constitutum, & gratia destitutum: at in antecedente, gratia Dei donatum. Itaque omnia dona DEI supernaturalia, salutis necessaria, sunt dantis DEI, ac miserentis, & prius nos diligentis, nostramque impotentiam præuenientis, & adiuuantis, ut cum gratia fiant possibilia nobis, quæ prius ex solius lapsæ naturæ viribus erant impossibilia præcepta. Isthoc demonstratum vide in *Luthero-Caluin. p. 4. q. 76. 77. 78. In Antichristo p. 4. q. 42.*

## II. An DEVS præcipiendo homini impossibilia, ei faciat iniuriam?

CALVINVS *Instit. l. 2. c. 7. §. 9. 10. II.* Negat: quia plures ex eo deducit utilitates, ad hominem indidem permanentes.

MINISTER negat cum Catechismo. Docet 1. Quia, Deus hominem talè considerat, ut ea præstare possit. 2. Quia, Homo sua ipsius contumacia se illis donis orbauit. Itaque tota causa & culpa huius impossibilitatis in homine est, non in Deo; cui idcirco non admittitur exigendi impossibilia.

RESPONDI in Excaluinatione, Maximè: faceret iniuriam Deus homini; & maximam Renato; fortè aliquam irrogenito. 1. Renato: quia (verba sunt Ministri:) ex Iurisconsultorum regula, *Ultra posse viri, non vult lex vllarequiri:* Et Solonis: *δὲν εἶναι τὸ δὴνασθαι πρὸς τοὺς νόμους, oportet secundum possibile ponere leges.* Nam, ad impossi-

b

bile

bile non datur obligatio. At Calvinismus pertendit etiam regentis Deum præcepisse impossibilia: Idque iam refutavi.

2. Irregeno post lapsum etiam aliquam faceret iniuriam Deus: (Seposita culpa irregenti, & causis Dei; & naturæ viribus in se præcise consideratis.) 1. Quia, S: p. 11. *Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit DEVS*: Ergo & legem naturalem, ipsi naturæ parem ordinavit; ac proinde naturæ soli factu possibilem. Liqueat in *Luthero-Caluinista meo* p. 4. q. 42. & 43. Quare si Autor naturæ huic, quæ tali soli, præciperet aliquid supra eam, tunc disponderet supra mensuram, non *inmensuram*; abiret ab ordinatione sua; foret mutabilis; negaret seipsum; induceret Inæqualitatem inter datum, & exactum: esset iniustus tum præcipiendo impossibile, tum exigendo; ut qui minus dedisset, & plus peteret, contra æqualitatem iustitiæ naturalis.

Deinde, Minister, ut ab iniuria Deum purget, inquit, *Hominem propter naturam suam per peccatum TOTALEM corruptionem, non posse Legem DEI perfecte servare*; & tamen iuste exigere Deum, quæ homo vel regentis præstare non queat; minus irregentis. Ut de eam iustitiam Dei, ob culpam hominis, & causam Dei; quid attinet corruptionem ut TOTALEM amplificare? Et forsitan errare? Cum enim Natura dicat duo: Essentiam, & Qualitatem: *Corruptio* item duo: Extinctionem, & Debilitationem. Natura humana in se suisque essendi principiis, nec est extincta peccato, nec debilitata: In qualitate vero non extincta, sed debilitata est per privationem gratiæ, quæ ante lapsum roborabatur. Itaque *Totalem corruptionem* indistinctè affirmare, errare est. Sed non reor ita sentire Ministrum; scribere tamen liquet. *Somnariis, non dormierit, aut crasse erravit*; ceu de me affirmat; nondum affirmo. Istud mecum affirmat, regentis Deum perfecte servare debere: at posse negat. De quo infra ad quæstio. 114. videbitur.

### AD QUÆST. XIII.

*Possimusne ipsi per nos satisfacere?*

CALVINVS Inst. 3. c. 4. §. 25. Negat pernicaciter. Nam ait, *quid est remissio, nisi liberalitatis donum?*

*Cur deinde Gratis additur, nisi ad tollendam OMNEM satisfactionis opinionem? &c.*

MINISTER cum Catechesi parciter negat: *Nulla ex parte: Quin etiam debitum in singulos dies augemus.* Explicat ita: Cum Iustitiæ Dei retributiua sit pro peccatis satisfaciendum; *Satisfactio autem sit debiti de iure solutio*; idque vel præstando legem perfectè & debitum: Vel luendo; & ænam per legis transgressionem meritam; nam peccatum est debitum: Vtroque modo satisfecit iustitiæ Dei pro nobis Iesus: Neutro autem modo possumus nos satisfacere per nos ipsos.

Suadet ita: 1. Quia, Non possumus satisfacere præstando legem perfectè; quia hoc non possumus, demonstratum est quæst. V. Quin etiam iohannes super, Jac. 3. *in multis offendimus omnes.* Imò tamen etsi legem perfectè impleverimus, ea impletio esset debitoria pro præterito; ideoque non potest esse satisfactoria pro præterito; scilicet præcedens ex Adami peccato reatus nulla subsequente obedientia tolli potest, non magis, quam ipsum peccatum: adeo immutabilis Dei voluntas est.

Non luendo pœnam meritam æternam; ut quæ nunquam satisfacti potest; ideo nulla apud inferos satisfactio, nulla & liberatio est.

2. Quia Parochus approbat, quod carpit. 1. Dicit: Nos per nos satisfacere posse aliqua ex parte; *Nisi debitum in singulos dies augemus, peccata peccata cumulantur*: atque augemus. Ergo nulla ex parte satisfacimus. Deinde ad illud Iob: *Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille*; dicit: *Ex rigore iustitiæ, verum est; at poterit, ut promissionis facta.* An non docet idem, quod noster Catechista, qui etiam intelligit Iustitiam Dei secundum rigorem, non secundum *imbecitiam*, vel ratione promissionis.

3. Infert: 1. Itaque patet falsitas parochiana; Non possumus per nos Deo satisfacere aliqua ex parte. Atque adeo blasphemus est in Christum. Et eius satisfactio nem perfectissimam pedibus conculcat Bellarminus l. 1. purg. c. 14. sect. 12. Et l. 6. de iustif. c. 3. sect. 6. Et Salmeron: Et doctrina Ecclesiæ Romanæ implicatortia asserens satisfactio nem aliqua ex parte.

2. Ratio est: Quia imperfecta satisfactio non est vera, sed nulla: Quo usque enim aliquid restat, non est satis.

3. Directè est contra Scripturam, 1. Tim. 2. de Vno Mediatore: *Isa. 63. de Solo torculari calcante: Hebr. 10. de Vnica oblatione consummata: Heb. 9. de Eternæ redemptione inuenta per Sanguinem Christi nos purgantem.*

4. Si salus nostra etiam ex aliqua parte est ex nostra satisfactio; ergo frustra Christus satisfecit: iuxta Gal 2. *Si per legem est iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.*

RESPONDEO AD I. Possimus aliqua ex parte